



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Contra negantes S. R. E.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

ubi Matthæus. Hierosolyma, ubi Iacobus. Græcia, ubi Paulus. Phrygia, ubi Philippus. &c. Vbi sunt ecclesiæ Aegypti, Alexandria: Pentapolis: Syriæ: Cananæ, Astalonis: Cesarea: Gigibet, Edesse, Nicopolis, Scitopolis, Ieropolis, Adrassonis, Sarrepta: Beriti, Boscia, Nilonis, Chalcedonis, Nicomediæ: Thessalonica, Athenarum, Selonæ, Bethsaide: &c. ubi 100. Ille & 53. Cathedrales ecclesiæ, quæ olim sub Antiocheno fuisse commemorantur. SOLA immobilis stat CATHEDRA PETRI in ecclesia Romana, quæ uniuersalis est, et

Vide Dionys. ad Stephanum Episcopum Rom. &c. S. R. E. n. quam hæretica fuit. cui aliæ subijciuntur: Machinamenta quidem contra eam præparantur, sed turris illa non eliditur: Hanc hæresion corruptio nunquam fermentauit. Hæc hæresarchas nullos unquam produxit: Quod si mentior, argue mendacium meum. Quisquis itaq; hanc Christi sponsam in hijs quæ ad fidem pertinent: uel acceptandis uel reprobâdis exorbitare posse impudenti ore asserere non ueretur, is fidei catholicæ principia demoliri conatur, &c.

Contra negantes S. Romanam ecclesiam.

S. R.

S. R. E. meminit D. Bernhardus super Can.
 Serm. 68. Tolle hanc ecclesiam, inquit sanctus
 uir, & frustra inferior illa creatura reuelas-
 tionem filiorum Dei expectat. Tolle hanc, & nec
 Patriarche, nec Prophete aliqui consumabun-
 tur, cum Paulus asserat Deum ita pro nobis pro-
 uidisse ne sine nobis consumerentur. Tolle hanc,
 & ipsa sanctorum angelorum pro imperfectione
 sui numeri gloria claudicabit, unde postremo da-
 bis mihi lactentes infantes, quorum ex ore laudem
 suam perficiat Deus. Coelum non habet infantes,
 habet Ecclesia, quibus dedit nobis lac. Potum de-
 di, non escam quos per lauacrum regeneratio-
 nis in Christo genuit per fidem suam cum nec ha-
 berent, nec sine fine ecclesie sufficeret aliena,
 hi ad laudem donec ueniat qui in conspectu an-
 gelorum psallant sibi dicentes. Letati sumus pro
 diebus quibus nos humiliasti, annis quidem ui-
 dimus mala. Hoc genus letitiae angeli nescie-
 runt nisi per filios Ecclesie. *Opus ele-*
 ctorum est laudare Deum, sed deest laudi, si de- *ctorum.*
 sit qui dicat. Transiimus per ignem & aquam
 & deduxisti nos in refrigerium, quod utique
 habet facere Ecclesia, hac ille claruit anno *Psal. 65.*
 1140. &c.

